9. Silices ~~maculosi~~ maculis singularibus Lapidum substantiam superficialiter penetrantibus, et quandoque etiam per eorum substantiam diffusis. maculis cum superficie planis: Variolitæ Lucernenses pustulas rotundas varii coloris Variolis semper similis repræsentantes. Jidem Bernenses è Torrente Fischbach prope Schangnovium. Variolitæ maculis superficie lapidum eminentioribus. Silices maculis fusis quasi opere tessellato impregnati: Silex admodum elegans maculis viridibus lineâ fuscâ cinctis in fundo albicante quasi opere tessellato exornatus. Silex multiplex oculatus Mercat. p. 345. — Variolitæ.

10. Silices venosi venis cuiuscunque coloris mirabiliter interdum, et variè dispositis: nunc venis cum lapidibus planis, nunc eminentioribus, nunc concavis, et dispositione sua quandoque pulcherrimas Cruces repræsentantibus. — Silices Venosi.

11. Silices marmorei politissimi: rotundæ, ovalis, et cuiuscunque alterius irregularis figuræ. Splendentes nunc unius tantum coloris, nunc maculosi, ac maculis suis varia repræsentantes: v.g. Oculum. Arma Augustissimæ Domus Austriacæ. Arma nobilissimæ nostræ Familiæ Hyfferianæ. Vestigia quædam obscura Musci exhibens. Quandoque coloribus suis æmulantur Lapidem Lydium, quandoque Nephriticum. — Marmorei.

12. Silices cellulares seu Spongitæ dicti: poris minimis, ac vix sensibilibus. poris maioribus, et notabilioribus. — Cellulares sive Spongitæ.